



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

43. Doctores Sorbonicos inuitat Xauerius ad Indos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

## 60 De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,

eius epistola ; quam verò dedit ad Sorbonæ Doctores suadens Europam Indiis ; steriles cathedras, & magisteria, Apostolico munere, & æternis animarum lucris permutare , vtinam inueniri potuisset nec fecellisset exquisitam requirentium curiositatem, datam enim reverà fuisse

43

Doctores  
Sorbonicos  
inuitat Xau-  
erius ad  
Indos.

43. Testis mihi est Ioannes Derada , supremus in regno Nauarræ Cognitor, qui sibi Parisiis Philosophiam profitenti lectam ait , visamque ardore diuino igne , magnisque in salutem mortalium animis ; ex eâ dictum à se apographum , atque ab aliis qui tunc primas doctrinæ , & sapientiæ in scholâ Sorbonicâ tenebant , vt quibus esset præcipue inscripta.

44

Manaræ In-  
sulae conuer-  
sio , & mar-  
tyrium.

44. Quiverò populi acciuere procul Xauerium ad inferendam suis terris Euangelij sancti Lucem , primi extitere Manaresij , digni planè posteritatis inuidiâ , nedum memoriâ , & laude ; quod primita de se patientiæ exempla , & documenta inuidiæ roboris , nascenti illi orientis Ecclesiæ dederint , atque vna prope vitalis aquæ perfusi lauacro sanguinem fuderint , vna Christo renati, pro Christo mortem exceperint : adeò fruges in melius properant, quarum Deus fementem propitiùs adspicit, vt qui hereti demonum adorator , nunc in Christianum , crastino enat in martyrem. Est Manara insula , quadraginta vix milliarium complexu, hanc ab Aquilone claudunt Remanacoris yada, quibus sinus gemmarum aperitur totam Piscarians alluens. Portu gaudet percommodo , & commerciis opportuno , quem Telen Manaræ vocant. Solum, nisi quâ diligenti culturâ cicuratur , arenosum , & macrum. Hanc inter & Zeilam insulam ab ortu iacentem , patent ad duodecim millaria illæ maris fauces , ubi fluentorum torrentium ad vada Remanacoris fractus furor, Iafanapatani plagis allidit improvidos. Longè Manaram vincit , quam dixi Zeila; Ternasseria incolis, hoc est delitiatum regio nuncupata; longitudine milliarium viginti ducentorum; latitudine centum quadraginta. Hæc (si non est fabula , vulgi fides) paradisus terrestris antiquis fuerit, cuius in vertice inaccessæ rupis monstratur argumentum , impressa faxo, pedum Adami vestigia : perfecto tamen de felicitate illius scriptorum suffragio , nihil opus vera fabulis augere , vt credatur saltè orientis esse paradisus. Gaudet mirâ cœli temperie ; æstate duplice, ac gemino vere , aurâ tam beneficâ , & salubri , vt morbos ferè alios ignoret , sola decrepiti seniæ ægrotatione suos afficiat , & absolvat: vident perpetuò arbores , & maturitatem fructuum legendorum , flores nascentium occupant. Nec tantum potest ad eam inflammmandam æquatoris propinquitas non plus sex gradibus abiuncta ; quin plus possint statæ quoq; membris pluviæ ad refrigerandam; præter viuos è montanis fontes, & flumios, qui quaqua versum vniuersam rigant; mare præterea per amœnum , & ab occasu tam diues vñionum , vt nusquam tota India ditius , sed præstat his omnibus , soli vberitas adeò profusa , vt sponte magis naturæ , quam artis industria , florem omnium proferat quæcumque possint ad alienam indigenarum vitam , & externorum commerciæ optari; metallæ, gemmas,